

bus ex angusto dilatans indissolubili nodo implicat. Quanta arte celat pedicas scutulato rete grassantes, quam non ad hoc videtur pertinere cribrata pexitas tela, & quadam politura arte, ipsa per se tenax ratio trama? quam laxus ad flatus non ad respuenda qua veniant sinus, derelicta lasso praetenti summa parte, ut arbitrari licet illa qua difficile cernuntur: atque ut in plagis linea offensa praecipitant in sinum? specus ipse qua concameratur architectura? & contra frigora quato villosior? quam remotus a medio, aliudq; agenti similis, inclusus vero sic, ut sit necne intus aliquis, cerni non possit? Age firmitas quanta irruentibus ventis, qua pulueru mole degrauiato? Latitudo tela saepe inter duas arbores, cum exercet artem & discit texere: Longitudo fili a culmine, ac rursus a terra per illud ipsum velox reciprocatio, subitq; pariter ac fila deducit. Cum vero captura incidit, quam vigilans & paratus ad cursum? licet extrema haereat plaga, semp in medium currit, quia sic maxime totum concutiendo implicat. Scissa protinus reficit ad polituram sarcies. Nang; & lacertarum catulos veniatur: hos primum tela inuoluentes, & tunc demum labra vtraq; morfu apprehendentes, amphitheatrali spectaculo cum contigit. Sunt ex eo & auguria. Quippe incremento amnium futuro telas suas altius tollunt. Iidem sereno non texunt, nubilo texunt. Ideoque multa aranea imbrium signa sunt. Foeminam putat esse qua texat, marem qui venatur: ita paria fieri merita coniugio. Ara nei conueniunt clunibus: pariunt vermiculos ouis similes. Nam nec horum differri potest genitura, quonia insectorum vix vlla alia narratio est. Pariunt autem oua ea in* telas & sparsa, quia saluunt, atque ita emittunt. Phalangius tantum in ipso specu incubat magno numero: qui ut emerferit, matrem consumit, saepe & patrem: adiuuat enim incubare. Pariunt autem & tricenos, caetera pauciores. Et incubant triduo. Consummantur aranei quater septenis diebus.

De scorpionibus.

CAP. XXV.

Similiter his & scorpiones terrestres, vermiculos suorum specie pariunt, similiterq; pereunt: pestis importuna veneni serpētium, nisi q; grauiore supplicio lenta per triduum morte conficiunt, virginibus letali semper ictu, & foeminis fere in totum: viris autem matutino, exeuntes cauernis, prius quam aliquo fortuito ictu ieiunum egerat venenum. Semper cauda in ictu est, nulloq; momento meditari cessat, ne quando desit occasio. Ferit & obliquo ictu & inflexo. Venenum ab ijs candidum fundi Apollodorus autor est, in nouem genera descriptis, per colores maxime superuacuos, quoniam non est scire, quos minime exitiales praedixerit. Geminos quibusdam aculeos esse, maresq; sauisimos. Nam coitum ijs tribuit. Intelligi autem gracilitate & longitudine. Venenum omnibus medio die, cum incaduere solis ardoribus. Itemq; cum sitiunt, inexplibiles potu. Constat & septena cauda internodia sauiora esse. Pluribus enim sena sunt. Hoc

malum Africa volucre etiam austri faciunt, pandentibus brachia, ut remigia subleuantes. Apollodorus idem plane quibusda inesse pennas tradit. Saep Psylli, qui reliquarum venena terrarum inuehentes, quae stus sui causa peregrinis malis impleuere Italia, hos quoq; importare conati sunt. sed viuere intra Siculi caeli regionem non potuere. Visuntur tamen aliquando in Italia, sed innocui, multisq; alijs in locis, ut circa Pharam in Aegypto. In Scythia interimunt etiam sues, aliouin viuaciores contra venena talia; nigras quide celerius, si in aquam se immerferint. Homini icto putatur esse remedio ipsorum cinis potus in vino. Magnam aduersitatem oleo mersis & stellionibus putat esse, innocuis duntaxat ijs, qui & ipsi carent sanguine, lacertarum figura. Atq; scorpiones in totum nulli nocere, quibus non sit sanguis. Quidam & ab ipsis factum deuorari arbitrantur. Vnum modo relinqui solertissimum, & qui se ipsius matris clunibus imponendo, tutus & a cauda & a morfu loco fiat. Hunc esse reliquorum vltorem, qui postremo genitores superne conficiat. Pariuntur autem vndeni.

De stellionibus, & cicadis.

CAP. XXVI.

Hamaleonum stelliones quodammodo naturam habent, rore tantu viuentes, praeterq; araneis. Similis cicadis vita, quaru duo genera. Minores, qua prima proueniunt, & nouissime pereunt sunt autem muta. Sequens est volatu rara. Qua canunt, vocantur acheta: et qua minores ex eis sunt, tettigonia: sed illa magis canora. Mares canunt in vtroq; genere: foemina silent. Gentes rescuntur ijs ad orientem, etiam Parthi opibus abundantibus. Ante coitu mares praeferrunt, a coitu foeminas, ouis earum correptis qua sunt candida. Coitus supinis. Asperitas praecuta in dorso, qua excauant foeturae locum in terra. Fit primo vermiculus: dein ex eo qua vocatur tettigometra, cuius cortice rupto circa solstitia euolant, noctu semper. Primum nigrae atque durae. Vnum hoc ex ijs qua viuunt, & sine ore est. Pro eo quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore quo rorem lambunt. Pectus ipsum fistulosum: hoc canunt acheta, ut diximus. De caetero in ventre nihil est. Excitata cum subuolant, humorem reddunt: quod solum argumentum est, rore easdem ali. Iisdem solis nullum ad excrementa corporis foramen. Oculi ta hebetes, ut si quis digitu contrahens ac remittens ijs appropinquet, traeseant velut in folia. Quidam duo alia genera faciunt earum: Sarculariam, qua sit grandior: frumentariam, quam alij auenariam vocant. Apparet enim simul cum frumentis arefcentibus.

Cicadae vbi no sint, & ubi muta. CAP. XXVII.

Icada no nascuntur in raritate arboru, idcirco sunt Cyrenis circa oppidum, nec in campis, nec in frigidis aut vmbrosis nemoribus. Est quaedam & ijs locoru differentia. In Milesia regione paucis sunt locis. Sed in Cephalenia amnis quidam penuriam earum & copiam dirimit. At in Regino agro silent

* tela, sed
sparsa,